Fragmentarium

ſecum cogitans ad deum uocintum deſiderium ſui pandere uelamine deprecabatur. ut ille qui habet omnium ſcientiam inſpirare dignaretur ei. quatenus de tantis ſibi relictis opibus ſic ordinaret. ut mutata laude humana conſpectui placeret diuino. R.

Talia eo cogitante accidit ut quidam ciuicaneus ei nimium locuplex ad tantam ueniret inopiam. ut nec etiam neceſſaria uite haberet. Quid plura? Urgente inedia tres uirgines quas habebat filias fornicari conſtituit. ut earum ſalute infami commercio infelicem ageret uitam. pro pudor exemplo fama tanti mali cuius non aliud uelocius uiget mobilitate totam pertulit urbem. et multiplici populum ſermone replebat. Quod ubi ſanctus comperit nicolaus condoluit miſerrimo homini. atque augmentum execrans ſtuprum decreuit omnino ex ſuis in habundantiis eorum ſupplere inopiam. ne puelle nobilibus orte natalibus. lupanari inmacularentur infamia. V.

Sed cum nollet R. alium niſi christum iſtiuis factis hec contemplatorem cepit explorare temporum uices. quod id ſic operaretur. ut eos lateret quibus fiebat. Facta igitur quadam noctis hora. ſumens non modicum aurum. ligauitque in panno. perrexit ad domum uiri. Quam undique circumſpiciens. per feneſtram que competens uidebatur clam intro proiecit. clamque diſceſſit. Mane itaque facto. cum ſurrexiſſet homo ille aurumque repperiſſet. diriguit primum. ac tunc quanto geſtiuit gaudio quantaſque deo gratias egit. ſiquis uelit ex obortis eius lacrimis poteſt agnoſcere. Lectio ſeptima.

Celebratis itaque ex more primogenite filie in ſue nuptiis cepit homo diligenter inquirere. quis eſſet qui illius inopie tantam preſtitiſſet humanitatem. Cumque diu talia moliretur. nicolaus autem

License: public_domain – Cambridge, MA, Harvard University, Houghton Library, MS Typ 301, f. 5r – Breviary (https://fragmentarium.ms/view/page/F-g5k0/8837/66688)